perfuns. Sed uide amabo, mi Domici, quo me prouexerit amor, ignoscas mihi, vix n. ad te scribens moderari sermonem possum, quod fere tecum tanq; cum praesente loquor. Itaq; ne illud qui dem praetermittam, de quo coram cum utroq; uestrum egi, ut mi minoris aliquid operae Augustiniano illi Theologo amico tuo impartire, quo te comparis ad illud tempus cum in patriam a qua puer discessisti pene adolescentiam egressus redieris. Vbi non te fugit quae turba sint hominum ab Ecc.ae alienissimorum; et quidem tui etiam ordinis, a quibus continuo tua petitur fides: quorum ut multitudinem ~~[illegible]~~ facile reijcias, agent arte tecum proximi quiq; orabunt, suadebunt; ipse Pater etiam suo iure contendet, quibus tu quomodo resistas ante tibi prouidendum est. At uero caue ne his angas, et mihi crede, ipse te Deus ex medijs hisce difficultatibus pigneratitur. Non te Pater a catholica fide deterrebit, sed Patrem tu in gratiam cum catholica Ecc.a reducas. Et profecto, mi Domici, cum te intuor, tuam probitatem, religionem, totius vitae innocentiam considero, in propè certam spem uenio, tibi fore palmam a Deo reseruari. Ego arte si illum diem videro, satis me uixisse putabo.

Nicolaus Sandaeus Anglus
Ant. Mar. Gratiano

Mi charissime Antoni, excusationem silentij tui Idibus Januarij perscriptam paulo ante Idus Februarij quam accepisse, gaudebam me qui eram in meipso pene mortuus ob ea quae catholicis in Anglia seris q̃ speravamus euenerat, adhuc in tuo pectore ita uiuere, ut munusculum illud meum gratissimo animo exceperis, quum tamen ego illud tanti esse non iudicem, quim vexear interdum, ne tu causae ipsi, tum nomini tuo invidiam ferere, qui ad tantum amicum de re tanta adeo exiliter scripseris. Neq; ego id ab initio non intelligebam; eoq; difficilius adductus sum ut tomionem illam ederem. Sed quum omnino edendam vrgerent hi, quorum fortasse amori q̃ iudicio plus debeo, fateor id mihi non parvo solatio extitisse, ut sub tuo nomine scriptum aliquod meum in lucem prodiret. Misi ad te quatuor libellos, qui ut minore sumptu perferrentur, precationes quae a typographo adiunctae erant, separavi, & hic retinui. Illustrissimum Cardinalem non minus meum q̃ tuum summa observantia colo, summaq; salutem, quam in tremendis mysterijs quotidie illi precor, ex me ut dicas, vehementer rogo. Butlerum audio discessisse ex Vrbe. Gibbonum spero ubi vacauerit, ad nos accessurum, ut meam interim vicem suppleat. Quodsi plura adhuc exemplaria desyderabis, misi ego fallor, & maiore facilitate, & minore sumptu curabis ea per bibliopolas qui Romae sunt, ex nundinis Francofordiamis adduci, q̃ hinc transmitti queant. Imo quo sumptu haec pauca afferuntur, eodem triaglses centum & amplius Romae de nouo excudi. De rebus Angliae quod queror habeo, quod cum gaudio scribam, non habeo. Duo catholici comites, & alij nobiles non pauci arma pro causa fidei catholicae sumpserunt hac spe, ut saltem suam sanctitatem illis affuturam non dubitarent. Nec aliud fere praesidium ab ea postulabant, q̃ ut ab obedientia Reginae palam absoluti, primum eo modo & suis domi, & alijs qui foris sunt persuadere possent, se non tanq̃ perduelles, verum tanq̃ ecclesiae filios arma sumpsisse. Et quanq̃ suspiraui possumus eos eo citius ad arma conuolasse, quod sibi ipsis periculum creari viderent, tamen vere iudicamus eos ob fidem potissimum quam semper religiose coluerunt, ad ista se contulisse. Certum quippe nobis est constantissimos catholicos illis se adiunxisse, ut quorum plerique seipsos a schismate hactenus conseruassent. Deinde speravant fore ut du ta